



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs C. Iubilate Deo omnis terra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

PSALMORVM

PSALMVS C.

Iubilate Deo omnis terra.

DOCTRINAE SACRAE SVMMA.

¶ Psalmus ad confessionem.

Carmen Dicolon Distrophon.

- 1 IAM terra omnis numeris resonate canoris,
Hunc voce & plaudente vocate.
2 IAM leti omnes celite, & sacrâ illius ora
Voce animi plaudentis adite.
3 IAS ipse D E V S noster cognoscite, & illo
Nos sumus auctore atque valemus.
Non sumus à nobis facti, grex illius imò
Ille & quos pascitque regitque.
4 Illius & fassi & celebrantes ostia adite,
Et nomen celebrate fatentes.
5 Nam bonus est I A S, & in omnia secula benignus,
Verax & atatemque per omnem.

P S A L M . C I .

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.

OPTIMI PRINCIPIS OFFICIVM.

¶ Dauidis Psalmus.

Carmen Tricolon Tetraphonon.

- 1 ET ius benignae & mentis opus mihi
Cantanda semper proposui, bone
IAS; tibi vni & hæc reponam,
Et referens mea cuncta psallam.
2 Curabo sanam prospiciens viam
Nouisse, quando tu venies mihi,
Versabor integro domique
Corde meæ penitusque simplex.
3 Nec ferre nequam possum oculis meis,
Nec rem scelestis ausibus ediam:
Obliqua m̄ ipse hærere facta
(Odi equidem) patiar nec vñquam.
4 Cor praua fingens (sit procul) arceo,
Ignara semper sit mihi mens nialis;
5 Detractor occultusque amici
Sit mihi perpetuò recisus:

Nec.